



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 65. Pater Laynesius in secundum Societatis Præpositum post D.  
Ignatium electus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

Caraffæ negotium dabat, ut ad con- Sæcul XVI.  
gruam sustentationem durantibus hisce A.C. 1558.  
comitiis omnia necessaria suppeditari  
curaret, quod ad amissim fuit effectui  
datum: Igitur altera die omnibus una  
congregatis Pater Laynesius cuncta, quæ  
a Divi Ignatii obitu gesta fuerant, pau-  
cis verbis exposuit: postea vero præpri-  
mis fanticum, ne ullum statutum, aut  
decretum fieret, priusquam supremus  
Societatis Præpositus fuisset electus:  
cum autem Papa haud obscure signifi-  
casset, quod futuræ electionis modum  
nosse percuperet, hinc Patres libellum  
supplicem ad Papam per Patrem Lay-  
nesium transmittebant, quem Paulus  
IV. benigne recipiens pro illius discus-  
sione quatuor Cardinales designabat:  
septima autem post die, seu secunda Ju-  
lii denuo conventus habebatur.

### §. LXV.

*Pater Laynesius in secundum Societa-  
tis Præpositum post D. Igna-  
tium electus.*

Postea Pacecus Cardinalis, qui Pontifi- Ribad. l.c.  
cis jussu hisce sacris comitiis intere- Sacchini  
rat, congregatos Patres seculo animo n. 30.  
esse jubebat, ipsique injungebat, ut eum,  
quemcunque administrandæ Societati,  
vacantique dignitati maxime idoneum

12 judi-

**Sæc. XVI.** judicarent, non modo ad proprium So-  
A.C. 1558. cietatis, verum etiam Ecclesiæ Dei com-  
 modum in Præpositum Generalem ni-  
 hil verentes eligerent: his quoque addi-  
 dit Cardinalis eos sic alloquens: „visum  
 „est Pontifici justis de causis utilius So-  
 „cietati fore, si perpetuum illud Præ-  
 „positi Generalis, non annuum, ac tem-  
 „pore circumscripsum munus esset: Pon-  
 „tificem autem non solum parentis, ut  
 „omnes pii solent, sed & Parentis sangu-  
 „laris loco habeatis, ob magna vestrae  
 „Sodalitatis in Ecclesiam merita, & in  
 „tuenda Religione Majorum officia.“  
 Hac Cardinalis petitione Patres haud  
 parum læti publicis acclamationibus  
 suum gaudium, animique gratitudinem  
 eidem testabantur, mox vero pro fu-  
 tra electione ad suffragiorum collatio-  
 nem procedebant, cunctisque summa  
 tranquillitate compositis unanimi o-  
 mnium suffragio Pater Laynesius cun-  
 ctis applaudentibus in Præpositum eli-  
 gitur. Peracta illius nominatione Pa-  
 tres Ecclesiam accedentes ibidem Hy-  
 mnum Ambrosianum decantabant: Car-  
 dinalis vero Pacecus ad Pontificem re-  
 versus demandati sibi negotii seriem ex-  
 posuit, ac de Laynesii electione eun-  
 dem certiorem reddidit.

§. LXVI.